UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Esdræ. ij, continet Cap. xiij. Conscriptus e[s]t a Neemia doctore & duce populi Israel, & agitur in eo de reædificatione muri ciuitatis Hierusalem, & de correctione malorum subortoru[m] in absentia ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

Visual Library

Non declinauit Ioſias ad dexteram neque ad ſiniſtrã
Cap.35.
Vniuerſus Iuda luxerunt Ioſyã, & Hieremias maxime.

Eſdræ I. habet Cap. x. Et tractatur in eo de reductione populi Iſrael & Iuda ex captiuitate Babylonica, & de inſtructione populi reducti per Eſdram legis doctorem.

Caput quintum.

Nos ſumus ſerui dei cæli.
Cap. 8.
Erubui ago (ſcilicet Eſdras) petere a rege auxilium & equites qui defenderent nos, quia dixeramus regi. Manus dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate, & imperiũ eius & fortitudo eius & furor eius ſuper omnes qui derelinquũt eum.
Manus dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inſidiatoris in via.
Cap. 9.
Manus principum & magiſtratuũ fuit in tranſgreſſione hac prima.
Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meã ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum.
Cap. 10.
Date confeſſionem domino deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius.

Eſdræ. ij, continet Cap. xiij. Conſcriptus ẽ a Neemia doctore & duce populi Iſrael, & agitur in eo de reædificatione muri ciuitatis Hieruſalem, & de correctione malorum ſubortorũ in abſentia Neemie Cap. I

QVæſo domine deus cæli fortis magne atq; terribilis, fiat auris tua auſcultans, vt audias orationem ſerui tui.

Cap. ij.

¶Quare vultus tuus triſtis eſt, cum te ægrotum non videam? Non eſt hoc fruſtra, ſed malum neſcio, quod in corde tuo eſt.

¶Cap. iiij.

¶Deus cæli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus.

¶Cap. v.

¶Audi deus noſter, quia facti ſumus deſpectui
Quare non in timore dñi dei noſtri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis noſtris.
Memento mei deus meus in bonum, ſcdm omnia quæ feci populo huic.
Legit Eſdras aperte in libro legis coram multitudine. Et legerũt in libro diſtincte & apte ad intelligẽdũ.
Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro, nolite lugere, Gaudium enim domini eſt fortitudo veſtra.

¶Cap. ix.

Quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabant dominum deum.
Surgite & benedicite domino deo noſtro, ab æterno & vſq; in æternum. Et dixit Eſdras. Tu ipſe domine ſolus tu feciſti cælum & cælum cælorum & omnem exercitum eorum, & exercitus cæli te adorat.

¶Cap. xiij.

Memento mei deus meus ꝓ hoc, & ne deleas miſerationes meas quas feci in domo dei mei, & in cæremonijs eius, & parce mihi ſcdm multitudinẽ miſerationũ tuarum.
Memento mei deus meus in bonum.

¶Tobias habet Cap. XIII. Et narratur in eo Tobiæ probatio & virtus eius multiplex, miniſterium Archangeli Raphaelis, inſtructio prolis & de honeſtate matrimonij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN